 Que por no poder mas, a de sufrirlo.

*Miserum esse aliena viuere quadrat, iam dudū
 docuit nos insignis Poeta, nihil enim miserius
 describi potest rancido sene barbam nutrito
 ut elegantior appareat, cuius suppellex, pra-
 ter caudam bobis cum peccine nulla est, & si
 in morbum inciderit, deficiente sportula in ge-
 rontocomitū siue commune agrotantium hospiti-
 tium se conferat necesse est. Felix ergo ille
 semper erit qui in mediocri fortuna imo & te-
 nuī, domum habitat non alienam & sua vi-
 uit non indigens alterius limina ad victum co-
 parandum, frequentare.*

Pan

EMBL. XVII.



*Pan simul, & Boreas casta connubia poscunt
 Iam Pythis, Arcadium prætulit illa Deum
 Non tulit hoc Boreas, scopulisq; allidere tentat,
 Ast Deus esse cui molliter ipsa cadat,
 Quae terra excepta gremio, venit ardua Pinus
 Pan tegit hinc gratæ frondis honore comas.
 Nūc quoq; dū spirat Boreas Pythis anxia deslet,
 Sed quorsum magni namine fulta Dei?
 Mens addicta Deo spernens consortia mundi
 Non metuat, crebris exagitata malis.
 Namq; illā non Pan, sed missus ab æthere Panis
 Roborat, & tanto munere tuta manet.*

C 2. La

LIB. IIII.


La hermosa Pythis siendo cudiçiada
 Del Dios Pan y de Boreas ygualmente
 Por inclinarse al Dios, del impaciente
 Viento con gran furor sine arrabatada.
 Y entre duros peñascos arrojada
 Su daño el Dios de Arcadia no consiente
 Y conuertida en arbol, del sufrente
 Trae por honrra della, coronada.

La qual de nueuo al pretensor medrosa,
 Llorá si el viento corre, mas no siento
 Por que, siendo del Dios Pan focorrida.
 Quanto persigue el mundo al alma es viento
 Y a quella que a Dios quiso, este goçosa
 Pues la defiende el Dios que es Pan deuida.

*Pinus arbor à Græcis Pitthis dictus qui flante
 Borea stilat quasi lacrimans ansam dedit,
 hanc fabule. Deinde æquiuocum nomen Pa-
 nis effecit ad Panem de Cælo referatur in sa-
 cra mensa quã Deus proposuit aduersus eos
 qui tribulant nos.*

Iam

EMBL. XVIII.



*Iam mors condiderat terras argentibus umbris,
 Tristis & obscuro frigore mundus erat.
 Iamq; suprema dies aderat, ni sorte beata
 Misset genitor lumen ab arce suum;
 Atq; igne validũ, qui culpa extingueret ignem
 Vnde fuit toto quicquid in orbe mali est:
 Insuper, & radios sacri dum vibrat amoris,
 Solut lethali pectora nostra gelu.*

C 3

Est aut


LIB. IIII.

Estaua con la sombra dela muerte
 El mundo tan sin luz y tan elado
 Que pereciera, si en dichosa fuerte
 Su luz no nos viera el Padre dado,
 Y con la misma el poderoso y fuerte
 Fuego, que mata el fuego del peçado,
 Y para bien obrar deshaze el yelo
 Sembrando rayos de Diuino çelo.

*Post introductum peccatū continuo mors inter
 Deum & homines posita umbram Aquilo
 nis gelu frigidiorē unde quaque disperfit,
 donec aeterni patris lumen desuper adueniēs
 eos qui in tenebris & in umbra mortis sede
 bant, illuminauit, charitatis radios undique
 dispergens, dicente ipso. Ignem veni mittere
 in terram, & quid volo nisi ut ardeat? De quo
 interpretandum est illud Matthæi, Ipse vos
 Baptizabit in Spiritu Sancto & igne, quod
 & Lucas, repetit, & proculdubio eiusdē chari
 tatis ignis caelestis designatur.*

Ni

EMBL. XIX.



*Ni patet tristis morbus cum sauit in artus
 Expelli medicina non valet arte manus.
 Sic quoq; qui morbos animi velamine celat,
 Non facile optatam senserit artis opem.
 Accidere hoc videas lanis dum parcat amicus
 Noxia dissimulans, nec minor hoste nocet
 Exhibet ast formam speculi detractor acerbus
 Dum maculas praefert quae latuere prius.*

C 4 Es

LIB. IIII.

Es en los males la primera cura
 El conocerlos siendo cosa cierta
 Que el querer encubrirlos es lo cura
 Pues con eso el peligro se despierta
 Y desta suerte el alma se asegura
 Conociendo sus faltas sin cubierta
 La que ponen a veces los amigos
 Y así el espejo son los enemigos.

*Differentiam adulatoris & amici iam satis
 in suo de hoc insigni libello, & de utilitate ca-
 pienda ab inimicis docet eleganter Plutarchus
 & nos ad hunc locum referimus cū alijs, nunc
 sat erit similitudinem advertere in speculo, cu-
 jus cooperculum amicum designat vitia dis-
 simulantem sed reliquum ornamentū ostendit
 ipsum liberum, in quo singula apparent, in-
 imicos denotat qui maculas nobis ante oculos
 ponunt, neq; aliquid dissimulant.*



Libantem

EMBL. XX.



*Libantem summos dum fertur in aera flores.
 Nutrit a rem campis Mexica terra suis
 Frigora qua fixis truncū petit arboris, in qua
 Fixa manet rostro, dum fera sauit hyems.
 Sic aduersa pius vitans Christi arbore sacra,
 Dum pendet fixus, tristia nulla timet.*

El


LIB. IIII.

El pajaró que a buelo se sustenta
 De flores en el suelo mexicano
 El remedio del mal nos representa
 Por que quando el inuerno ve cercano
 Huye buscando el arbol que asu cuenta
 Es el reparo mas seguro y llano
 Y colgado del pico se entretiene
 Hasta que el tiempo mas templado viene.

*Huius auicula proprietatē a multis audiui qui
 in regionibus noui orbis cōmorati sunt præci-
 pue a fide dignissimo nostro Gasparo Mauro Sa-
 cietatis Iesu & hanc Vitzitzilē vocari do-
 cuit. Ex qua nobis in memoriam venit suspen-
 diū illud Iob, quod anima eius elegerat & of-
 sa mortem. Nec enim ut sonat de suffocatione
 laquei interpretandum est sed de suspensione
 animæ in Deum cum corpus & ossa mortem
 idest omnia tribulationis tormēta delegerint
 Desperatio autē quæ ibi dicitur est a terrenis
 auxilijs quod nibiliam proficerent.*

Ereptam

EMBL. XXI.




*Ereptam medijs cum vacca ex hostibus arcam
 Fœderis ablato deposuere iugo;
 Non ille optatas libarunt fluminis undas,
 Aut viridi in campo deposuere famem.
 Quin potius magni concisa in vertice saxi
 Arserunt sacro plaustra, bouesq; rogo.
 Sic cadere ante aras ducit sua premia, quisquis
 Obtinuit sacro subdere colla iugo.*

El

El Arca del Señor restituida
 Y cumplido las vacas con su oficio
 Fue el descanso y la paga nunca oyda
 Ser entregadas para el sacrificio.
 Y así las almas Sanctas que en la vida
 Reçiben del Martirio al beneficio,
 Sabiendo que el descanso ally se gana
 Estimán la merçed tan soberana.

*Presenti exemplo docemur quanti habendū sit
 Martirij donum. si in præmium laboris bobæ
 ista sacrificio destinantur. Felicissimum sancti
 est pro Christo atq; eius fide mortem subire in
 testimonium veritatis sanguine suo & suo-
 rum confirmata. Quod quidem præcipuū
 maximum bonum ab æterno patre in lacrimis
 et sudore sanguineo impetrauit cū orasset
 in horto dicens. Transeat a me calix iste. id est
 non ego solus illum bibam sed isti etiam qui
 cooperatores mihi dedisti, & ideo rursus ait
 Pater Sanctifica illos sicut me Sanctifica
 quam sententiam copiose & ut conuenit
 in loco explicauimus.*

Cum




*Cum miserū vexat discurrrens cancer, & astat
 Qui vario inmitis vulnere præbet opem;
 Cumq; ignes ferrumq; parat; diuertere dextrā
 Crudelis pias, mors ubi certa premit.
 Sic & caelestis medicus serpentia mentis
 Vlcera candenti prouidus igne secat.
 Hinc miseris est vna salus, hinc ergo necesse
 Dura pati aut certa subdere colla neci.*

Auiendo

Auiendo de curar el çirujano
 Al que esta cançerado, bien seria
 Piedad cruel el de tener la mano
 Quien mas la cura que el morir temia.
 El Medico del çielo soberano
 Con los trabajos la salud embia
 Y a quien se ve llagado y peligroso
 Morir o padeçer sera forçoso .

*Dilecta Deo Tiresia nostra, Săcilitatis ac Religio-
 nis hoc tēpore rarum exemplar, quā in Săcra-
 rum numerum referēdam, speramus, hoc sibi
 Thema delegit, memoria & literis comenda-
 tum nec semel repetitū, AVT MORI AVT
 PATI, ut amoris sui erga Deum demonstraret
 affectū, cupiēs, pro ipso semper labores et umbras
 & persecuciones (quae illi nō defuerūt) perfer-
 re. Sed haec tribulationes illi dulces fuere, de-
 siderabatq; aut semper pro Christi nomine pa-
 ti aut vitam finire. Verum sententia haec ad
 communem doctrinam significat, tribulatio-
 nem tanquam remedium peccati omnibus no-
 bis esse necessariam, nec ullo modo respiciendā.*

Ceu



*Ceu quondam fortes, humiles nunc colla iuueni
 Coniuncti placido supposuere iugo;
 Sic quoq; magnanimos reges, procereq; potētes
 Lex Sacra in manicis, compedibusq; tenet,
 Vt cum se tali norint ditione, teneri,
 Nil nisi, quod spiret numinis aura velint.*


Bien

LIB. IIII.

Bien como al yugo los humildes bueyes
 Sujetan las coyundas amorosas,
 El yugo Sancto y las sagradas leyes
 Del Evangelio son tan poderosas
 Que atan con grillos a los mismos Reyes,
 Y tienen a sus nobles con esposas,
 Para que en sujecion tal y tan buena
 Non quieran mas de lo que Dios ordena.

*Siquis infidelis agnosceret qualis fuerit Sacri
 Euāgelij prædicatio in omni terra, proculdubio
 argumentū sibi nō leue ad credendū assumeret
 videns potentiā Principū Regū atq; Impera-
 torū ab infirmis pauperibus deuiētū, nō armo-
 rū potētia, non a disciplinarū eruditione aut elo-
 quentiæ vi, sed gratia Dei disponentis animas
 ad obediendū ita ut qui leges alijs imponebant
 & ab his soluti erant, nunc Euangeliū legibus
 subditi parent, cōsitateurg; eā esse Ecclesie Sā-
 ctæ potestātē ut Reges valeat in compediibus al-
 ligare & Principes eorum manicis ferreis cō-
 primere quod in nostra enarratione ut oportet
 explicatur.*

EMBL. XXIIII.



*Cum propius terras sol ardens conspicit, ignem,
 Non tacit, & flammam temperat ipse suas.
 Ast ubi cbristallo irradians se interserit, ecce
 Vrit, & ætherea lampade cuncta micant.
 Sic Speculum mens pura Dei de lumine lumen
 Concipit, & flammam spargit ubiq; suas.*

D Quando

L I B. I I I I.

Quando se muestra descubierta el velo
 El claro sol a vna y otra parte,
 A vn que con fuerza su calor reparte
 A tiempos, a ninguno abrafa el fuelo.
 Mas si se opone a su calor el yelo
 Del christalino espejo de tal arte
 Se inflama en el, que sin que del se aparte
 Hecha vn fuego desi del mismo cielo.
 O si se açerca a la diuina llama
 El alma sin mançilla de pecado,
 Espejo claro donde Dios se mira.
 Como de tal manera en el se inflama
 Que al que de tanto bien no se retira
 Haçe que en yqual fueg, este abraçado.

*Aeternum Dei lumen postquã alicuius mentem
 illuminare contigit, subito apparet, bonita-
 tis suæ radijs ubiq; dispersis. Ita ut qui iam
 hoc sacro igne arserint omnes eodẽ ardere con-
 cupiscãt & quantũ in ipsis facultas est, opere
 & sermone sollicitãt. Cuius rei exempla in Euã-
 gelio Sancto satis nota sunt & a Sacris Doctõri-
 bus animaduersa.*

Qui

E M B L. XXV.



*Qui torua immitis spectabant ora Medusa,
 In saxum miris obriguere modis.
 Hãc duce magnanimº superauit Pallade Persẽ
 Que capite orta Louis mofra profana fugat:
 Hac etiam auxilium prabet, quis dura libido
 In silicem verti mellia corda dedit.
 Hanc etenim dum sensus abest solertia prudens
 Duritiam sensim vincere sola valet.*

D 2 Que-

LIB. IIII.

Quedauan hechos piedra y sin sentido
 Los que solo mirauan la Medusa
 Aquien Perseo por Palas a vengido.
 Y es esto el vicio malo que se vfa
 En los que por flaquezas an venido,
 A tener su castigo por escusa
 Que ya no sienten, y en la piedra dura
 A de cauar la industria con cordura.

*Persei & Medusa Poeticis carminibus descripta
 narrationes, plura moralis Philosophia
 monita in se continent, quale est obdurate
 illorum taxare qui in silicem conuerſi ſunt
 vitio libidinis demetes facti, quos oportet ſolerti
 prudentum industria in priſtinum ſanae
 mentis ſtatum (ſi fieri poteſt) reuocari.*



Sydereis

EMBL. XXVI.



*Sydereis postquam deiecta est sedibus Ate
 Heu dira in terras quam mala multa tulit;
 Post hanc & Lites caelo mittuntur ab alto,
 Sarcire ut strages, quæis furit illa, que ant.
 Hæc volat, incedunt luscæ claudæq; sorores,
 Cladibus hinc nulla, aut tarda medela venit.*

D 3 Siendo

LIB. IIII.

Siendo del alto cielo desterrada
 Atis per judicial y perniciosa,
 Y la tierra por ella maltratada,
 Procuran remediarla alguna cosa
 Las Litas quien es encomendada.
 Mas la defensa es poca y espaçiosa,
 Por yr Atis abuelo caminando
 Y ellas çiegas y cojas arrastrando.

Atis nomine malum poenae dicta est Homero, & alijs, quam filiam esse Iouis sed quae omnia perturbaret ac propterea electam esse ab aethereis sedibus suis carminibus decantarent, In quo ostenditur tribulationem à Deo esse & minime caelestium Spirituum quieti & perpetuo gaudio conuenire. In terra autem quam sit potens experientia docuit quamque impotentes Lyte quibus supplicationes signifi- cantur; quae post damna & strages nihil aut parum resarcire valent.

Extremis

EMBL. XXVII.



*Extremis postquam redijt mercator ab Indis,
 Et patriam varia merce beatus adit;
 Explicat hanc cunctis, resq; admirantur Eoas
 Et celebrant gazas, nec iamen ullus emit.
 Laudatur nimium virtus, sed vilior alga
 Alget, & in medio restat inempta foro.*

D 4 Vn


LIB. IIII.

Vn milanés abrió su tienda vn día
 De gran concurso a tiempo que la gente
 Cada qual en su tracto diligente
 A solo sus negoçios atendia.
 Mas olvidados dellos aporfia
 Llegaron a mirar atentamente
 La riqueza tan varia y exçellente
 De quanto bueno en todo el mundo hauia,
 Todos alaban todos engrandexen
 La bondad y riqueças dela tienda
 Mas no ay quien della comprar algo quiera.
 Y tal es la virtud que sin contienda
 Todos la precian honrran y encareçen
 Solo para mirarla des de fuera.

*Impretio pratitū, (ait ille) nūc est, nihilq; prater
 diuitias, vulgo aestimatur aut colitur. Que ad
 disciplinamū scientiā pertinēt obliuata pene sunt.
 Ingeniū, probitas, irrisurū morsibus lacerātur.
 Et si occultari nequit virtutis valor, miserū est
 quā sine precio sit, & quia in se omni laude di-
 gnissima est non mirū si a multis probatur sed
 neq; illā digito attingūt, ex quo iā pridē non ab-
 re dictum est. Virtus laudatur, & alget.*

Miratus

EMBL. XX.



*Miratus taurum conflatum ex are tyrannus
 Approbat ingenio munera digna suo.
 Vtq; fero artifici dentur sua pramia, primum
 Mugire authorem iussit in are suo.
 Sic & consilij dirus fabricator iniqui,
 Flagitijs primus trista damna luet.*

Quien


LIB. IIII.

Quien con el toro de meral combida
 Llegando la crueldad a donde pudo
 Iusto fue que acabase alli la vida
 Entrando en el a su pesar desnudo.
 Merçed a tal seruizio merçida,
 Qual se le deue al consejero agudo
 Que en mal hazer emplea su destreza
 Y ordena Dios le llueua en la cabeza.

*Phalaris huius nostra Agrigentina Ciuitatis
 (cui licet indigne præsum) antiquis tempori-
 bus Rector. quem si tyrannum dixeris. nihil
 aliud quam Regem significat, iusta crudelita-
 tis memoriam in hoc Perilo nobis reliquit ut
 qui author tam impij fuerat tormenti, illud
 primus experiretur, & singulos admoneret,
 neminem diligentè esse oportere in malis con-
 silijs dandis, ne meritas pennas luat, iuxta de-
 cretum antiquum vulgari sermone receptum,
 Nil alium consilium consultori pessimum.*

Conferre

EMBL. XXIX.



*Conferre indigni cum se primoribus audent,
 Quod fors cæca illos auxerit inmeritos,
 Euenit ut subito summo de vertice nutent,
 Sorsq; eadem miseros in nihilum redigat.
 Non secus ex altis descendens montibus umbra
 Crescit, & ut maior protinus illa fugit,*

Quando


LIB. IIII.

Quando los malos sin raçon se igualan
 Con los que son en honrra auentajados,
 Quando mas en el mundo se señalan
 Con prosperos suçesos leuantados,
 En vn punto suçede, que res valan
 Y en el mismo los vemos acabados.
 Por ser como las sombras quando creçen
 Que en viendo se maiores, desapareçen.

*Quicumque vano supercilio omnes anteire
 propter male acquisitas opes nobilioribus præ
 ferri se affectant, neque aliud quã suã obtem
 perare voluptati student, omni vitio dediti,
 non sibi Nestoreos promittant annos, sed ti
 meãt iustissimi Iudicis vindictam imminere.
 Quos umbris similes dicimus, quæ cum maio
 res ad occasum solis apparent, subito euane
 scunt, ut verissimum sit quod David inquit
 Vidi impium exaltatum super cedros Liba
 ni, transiui & ecce non erat.*

Qui

EMBL. XXX.



*Qui rectum diuertit iter, atq; inuia cernit,
 Cogitur emensas rursus inire vias;
 Non secus oblique flectentem a tramite recti,
 Dum felix propius iam sua damna videt,
 Ne sic in salebras præruptaq; saxa feratur
 Est opus hinc retro cedere, tuius erit.*

Es

LIB. IIII.

Es en la vida la mayor hazienda
 El procurar yr bien ençaminado
 Y así el que no lo va, buelua la rienda
 Que se vera sin duda despeñado
 Y heche de ver con tiempo, que la enmienda
 Es vnico remedio del pecado.
 Y del que va perdido es el consejo
 El volver para tras como cangrejo.

*Huius in mundo animalis proprium esse dicitur,
 & Plinius de autoritate Thrasili iam docuit,
 cum egrotat remedium sibi in cancro inuenire,
 Et hac nobis similitudo in eodem cancro
 retro semper incedente, animi morbos curare
 ostendit. Oportet siquidem in mutare vitam
 retrocedere, neque enim diffidendum est,
 tari sententiam Dei si nos vitam mutare de
 cernimus.*



Litteralis

EMBL. XXXI.



*Litteralis binis quas rusticus haud bene norat,
 Abiit vel doctis noscere sensa putat.
 S. illi et o duplici praua, & bona cuncta tencri
 Atq; acceperunt talia dicta fidem.
 Multa pius quoniam tolerans prorumpit in ista
 o breue tormentum, O gaudia quanta manet
 Sed malus o quam se breuiter solatia claudunt,
 O mala quam longo tempore discruciant.*

El

LIB. IIII.

El rustico deuoto no enseñado
 Con dos letras y aun menos que sabia
 Saber secretos tales pretendia
 Que a penas los alcanza el mas letrado.
 En dos oes tan solas encerrado
 Estar el mal y el bien tambien decia.
 Y vista la raçon que le mouia,
 De todos con raçon es aprobado.
 O pequeña y O grande son del bueno
 o que presto se pasa este tormento
 O que goço que espero eternamente.
 Mas el malo dira de angustia lleno
 o quan poco que dura el vil contento
 O quan de espacio el mal del mal se siente.

*Non multo ante nostrum in Siciliam aduentū
 narrauit hæc & alia de isto analphabito sed li-
 teratissimo rustico, quidam ex nostris amicis
 qui & mecū simul magnitudinem sapientie &
 scientie Dei mirabatur. Ecce hic rusticus a ne-
 mine edoctus, doctissimos quosq; docebat et ma-
 gno cordis affectu diuinis officijs assidens & cō-
 tinua oratione detentus ab ecclesia nunquam
 recedebat.*

EMBL. XXXII.



*Fallacis vitæ quisquis spatians in hortis
 Hic ubi multiplici gramine vernal humus,
 Si sepis, abstineas latos decerpere flores,
 Desine purpureas depopulare rosas
 Nam figūt dextras armata in cuspide, & herba
 In viridi serpens saepe inimica latet.*

E Los

LIB. IIII.

Los que pifais del mundo las praderas,
 Frescas al parecer y deleytosas
 Por mas que se os demuestran lisonjeras
 Yos llamen, no querais coxer sus rosas,
 Que punçan con espinas verdaderas.
 Y sin esto, son falsas y engañosas
 Por que tienen de bajo (cosa cierta)
 La esponçoñada biuora encubierta.

Fallax voluptatum suauitas quam subito dolores & erumna comitantur. Extrema siquidem talis gaudij luctus occupat. Debiles ha sunt sed fortissimos plures superarunt, quod Seneca dixit. saeva etiam ingenia rapuerunt Virum ergo probum in primis voluptates debellare oportet, ac omni animi conatu semper attendere, ne ipsarum blanditijs seductus in perpetuas molestias deuenire cogatur.



Vt

E M B L . XXXII.



*Vt veram à falsa possit discernere matrem,
 Infantem Salomon findier ense iubet,
 Annuit hæc, instatq; operi: verum illa recusans
 Postulat indignæ victa dolore dari.
 Sic vera aeterno coniuncta Ecclesia Christo
 A falsa quantum differat exprimitur.
 Nam varia hæc varias scissuras querit, at illa
 Vna intacta manens schismata nulla probat.*

LIB. IIII.

Para que la verdad sea conoçida
 El poderoso Rey sabio, y prudente
 Manda que el niño tierno se diuida,
 La falsa madre otorga que no siente
 Lo que va de morir a tener vida
 Mas la que le pario no lo consiente.
 Y a si no admite scisma siempre entera
 La Sancta Yglesia Madre verdadera.

Historia hac Sacra Regis Salomonis satis proprie hic in mystico sensu interpretatur de integritate Ecclesie; quam diuidere pernicioso, & execrabili schismate iamdudum conata est discordia seditionum mater que in Ecclesia malignantium inhabitat. Sed vera Mater Sanctissima Dei Ecclesia una semper integra, & immaculata in aeternum permanet.



Turpia

EMBL. XXXIIII.



*Turpia tot varia spargunt mendacia lingua
 Credier ut liceat non nisi qua videas.
 Nec satis, hac eadē manus tractare necesse est
 Mōstrat Elotbulidæ hoc sic oculata manus.*




E 3 Estaya

Esta ya introducido donde quiera
 El fingir con estilo cortesano
 Lo que no es y lo que nunca fuera,
 Y quieren que se tenga por muy llano.
 Mas Epicharmo en esto nos dixera
 Con el ojo en la palma dela mano.
 Que es menester primero que se crea
 Tocarle con la mano y que se vea.

Inter alias curialiū nugas, primas habent partes Fictio et Simulatio. Illasq; Fraus & Dolus comitantur. ut nihil iam bona fide agatur, sed ut acrius & commedius (ut aiunt) licet omnia debite obseruantie iura. Spreta permanent. Qua propter Epicharmus admonuit, manus & oculus in unum conuenient, dum occulatam manum ostenderet, ut rebus credendum sit non verbis, ac deinde non quacunq; dicuntur Vera esse iudicentur.



Indi-



*Indica dum liquidas ludit testudo per undas,
 Cum mediae flammæ Phœbus ab arce iacit
 Dumq; inuersa natat nimio exsiccata calore,
 Siccior obrigit, quam fuit ante cutis.
 Cogitur & refluus vitam disperdere in undis,
 Cum nulla in rectum vertier arte valet
 Non secus ad radios, qui se inuertere potentum,
 Sepe insperatis succubere malis.*

E 4 Como

LIB. IIII.


Como jugando al Sol de medio dia
 La Tortuga marina del Oriente
 Nada de espaldas y aun que mas porfia
 La sequedad subuelta no consiente
 Y hallase de tal suerte qual seria
 Posible verse en corte alguna gente.
 Que al rayo del fauor se an trastornado
 Y no ay boluer en si, que se an secado.

*Testudinum in mari Indico ea est magnitudo,
 ut illorum conchae habitabiles cassas integant,
 quae ad Solis radios conuersae dum reuertuntur
 non possunt, exicata inueniuntur. Et tales esse
 dicimus ambitiosos qui potentum aulas frequenter
 ans & promissis iam diuites singulis diebus
 spectant honorem adepturos, nec satis est
 semel decipi, substinent, & sperant adhuc
 donec spirent ultimū halitū, ac sine mente
 perseverant, quod in se iam conuerti non valent.*



Tam

EMBL. XXXVI.



*Tam domino grata est humilis fiducia serui,
 Et tanto iusta sunt in honore preces.
 Vt quamuis sacras quisquam commouerit iras,
 Peccato precibus numine tutus agat.
 Hic sculptū fulmē, quod sic super incubat aram
 Diuina ostendit vincier arma, praece.*

Puede

LIB. IIII.

Puede tanto la humilde confianza
 Con Dios, y tanto el justo y Santo ruego,
 Que quanto pretendiere el hombre alcança
 Si conoce que andaua errado y ciego.
 La oracion le desuia la vengança
 Que le speraua con eterno fuego
 Y a fi tendido el rayo sobre el ara.
 La Diuina clemencia nos declara.

*Ex quodam antiquo numismate expressa fuit
 hæc ara in qua fulgur depositum apparet cū
 titulo, Clementia, ut illius Imperatoris egrē-
 gia hæc virtus commēdaretur: Sed ut verius
 ista significant (omissa principū adulatione),
 clementiam Dei nobis hæc proponūt & simul
 exhortamur omnes ad Omnipotentem Deum
 assiduis precibus accedamus sine timore, ex-
 audiri sperantes, quoniam benignus est mise-
 ricors miserator & iustus & nunquam humili
 vota despiciere solius.*

Quod

EMBL. XXXVI.



*Quod nimis obstat semper Rheumusi votis,
 Non mirum, irritant vota superba Deos
 Sed quæ vel ratio, vel mens pia postulat, vnde
 Adversas Diuum promeruerè manus?*



Que

LIB. IIII.

Que estorue los sucesos deseados

Rhamnusia desabrida, non me espanto
Quando son los de eos demasiados,
Mas no a aquellos que son medidos tanto
Quanto requiere el ser encaminados
A fin que con rason se diga Sancto.

Que indignacion es esta? o que enemiga?
Que siempre los estorue y contradiga?

Indigne ferentis fortunam suã aduersam verba sunt hæc, at cuique proderunt vt se in nimis desiderijs corrigat. Quod si ad rationem moderata fuerint vota, minimè desperandum rata esse futura. Tum maximè si omnem nostrum cogitatum in dominum proiecerimus. Sic enim David ait, iacta, quod omnimodam renuntiationè & sine mora denotat. Ipse enim pro sua benignitate, qui aperit manum suam & implet omne animal benedictione, profutura nobis proculdubio conferet.

An-

EMBL. XXXVIII.



*Annuit ante aram dulci procumbere dextra
Isacus, heu patris pignora chara sui.
Cumq; prius summo obtulerit sese ipse parenti,
Obtulit implicitas in sua vincla manus:
Luminaq; obscuro tectus velamine, supplex
Expectat gladio iam properante mori.
Interea implorat dominum, contentus in ipso
Viuere, siue anirnam victima factus agat.*

Con-

LIB. IIII.

Consiente Isaac en ser sacrificado
 Por mano de quien le ama tiernamente,
 Y auendosi del todo resignado
 En las manos de Dios omnipotente.
 Se ve ligar las suyas y vendado,
 Aguarda el golpe que venir ya siente.
 Llamando a Dios en quien biuir espera
 Aun que ofrecido al sacrificio muera.

*Cum per triginta dies, in hoc Episcopali Agri-
 gëtino Palatio. a quibusdam prescriptis graf-
 satoribus obsessus fuisset, et diebus singulis in
 nostro sacello rē sacrā peragerem, nō leas mihi
 solatium fuit Isaac Sanctum considerāre iam
 ara impositum ligatis manibus & crudelem
 gladiū expectātē. Sic enim oblatu s erā Deo ut
 quod suae voluntatis esset in me exequeretur.
 A quo inmani discrimine misericordia Dei li-
 beratus sum, licet adhuc haec pericula & in si-
 dia non desint. Sed o Sanctissima Virgo Ma-
 ria Mater Virginitatis in te sperauimus sub tuū
 praesidium confugimus nostras deprecationes
 non despicias.*

Assuetus

EMBL. XXXIX.



*Assuetus magnis animus sic se excitat acer,
 Vt nusquam vires consulat ipse suas:
 Nam si deficient, solers industria vincit,
 Improbus assistat si tamen usq; labor.
 Sic & in accessa est virtuti semita nulla,
 Annibal abruptis Alpibus hoc docuit:
 Cuius ob id facinus nomen sese intulit astris
 Vt merito hoc valeat nulla abolere dies.*

Donde


LIB. IIII.

Donde llegar la fuerça desconfia
El animo y valor tienen tal mano
Que juntadas la industria y la porfia,
Lo mas dificultoso se haze llano
Qual se mostro alas gentes a quel dia
Que los Alpes paso el gran Africano.
Cuyo esfuerço y valor con tanta gloria
Haran eterna siempre su memoria.

Virtuti cedere fortunam, in his videmus qui in rebus agendis prudentia, & perseverantia incumbunt totisque viribus instant; illud verissimum esse credentes, quod assiduis labor qui improbus dicitur, omnia vincat. Et cum alias dictum sit: Nullam virtuti inuiam esse viam, in historia Annibalis notissima & satis ad rem apta, hoc demonstrare presenti emblemate conati sumus.



EMBL. L.



Hic ubi iam medium cœli sic rectus Orizon
Diuidit, ut cedant noxq; diesq; pares
Non equidem Zonis mensura est omnibus una
Non etiam motus omnibus unus adest
Ast minor & maior velox hæc tardior illa
In simul accessu succubere pari
Sic & ad occasum vitæ, quo tendimus omnes
Serius aut Citius fors sua quemq; manet.

Los

L I B. I I I I.

Los çirculos que vemos en la sphaera
 Lla mada recta, donde son iguales
 El dia y la noche, si se considera
 Ser en grandeça y curso desiguales
 Mas acabar al fin de vna manera
 Nos diçen lo que pafa en los mortales.
 Que los grandes y chicos (si miramos)
 Todos a vn occidente caminamos.

*Citius aut Sero, quod Poeta ille dixit, ad varie-
 tatem cursus referendum est, maiores siquidē
 in sphaera circuli velociores sunt & minores
 tardi, sed omnes simul ad eūdem occasum pro-
 perant. Vidi Principes magnos, in ipso cel-
 stitudinis maiori gradu pene immortales iudi-
 cio hominū, aut saltim longiori vita dignissi-
 mos, et ecce insperat' morbus, mortem nunciat
 omnia conturbat omnia inuertit. Quid non in
 morte Didaci mei didici? ingenue fateor eodē
 tēpore, magna mihi insolacium promissa fuis-
 se non spernenda, sed ex tunc noluisse cor ap-
 ponere.*

Finis libri quarti.

E M B L. X L I X.



*Extinctum media Alcides cum vidit arena
 Anteaum tacta surgere matris ope,
 Suspensum validis procul à tellure lacertis
 Comprimit, & misero mors properata venit:
 Terrenus sensus summa & demissus ab arce
 Spiritus in nobis acria bella gerunt.
 Sapius hic victor deuictum in praelia vidit
 Rursum terrenis surgere subsidijs.
 Ergo illum ut superet, longe à tellure reuelli
 Est opus, & totis viribus vsq; prami.*

LIB. IIII.

Luchando a quel famoso hijo de Alceo
 Con hijo della tierra, derribado
 Mil vezes le tenia y acabado
 Y tantas ala lucha buelue arreo.

Y Hercules conogiendo como Anteo
 Dela tierra su madre era ayudado
 Leuantando en el ayre y apretado
 Tiniendole, dio fin a su deseo.

El alma hija de Dios con el sentido
 Que es hijo dela tierra gran contienda
 De antiguo entre los dos siépre ha tenido,
 Y para le vencer, conuiene atienda
 Tenerle dela tierra suspendido
 Que con esto no aura quien le defienda.

Sentio aliam legem in membris meis qua repugnat legi mentis meae, inquit Paulus, ostendit hac inter animam & corpus, mentem & sensum perpetua discordia. Ratio autem mentis, semper superior erit ubi suspendium elegerit anima & a terrenis subsidijs voluptate & delicijs abstinerit in corpore, quod ipsam agnoscit, tanquam corruptioni obnoxium.

Hic

EMBL. XLVIII.



*Se comitem addiderat Ceruo per deuia Vulpes,
 Dum timet obscurum carpere noctis iter.
 Nec pauet ulterius acres securo molossos,
 Aut simul in seuas comminus ire feras.
 Sed postquam torpere suum videt illa sodalem,
 Et insipido quantos incutit umbra metus.
 Hac ait, Esto procul, generose o miles in armis,
 Si nihil in tanto corpore cordis habes.*

G El


LIB. IIII.

El ciervo con la zorra caminando
 En gran conformidad, ella decía
 Que estimaua tenerle de su uando
 Por ver las armas grandes que traya.
 Mas viendo que de todo yua tenblando
 Y el animo tan flaco que tenia,
 Pase (dixo,) de largo el cauallero
 Mas coraçon y menos armas quiero.

*Nouus hic Cerui et Vulpis apologus antiquum
 in rebus bellicis præceptum notat. Nihil enim
 infœlicius contingere poterit militũ strenuo-
 rum exercitui quam ducem habere in exper-
 tem aut timidum. Neceſſe eſt pereant recto-
 ris defectu quauis nobiliſſimi, cum maiorũ
 ſtemata nihil unquã proſunt; licet admoneri
 & cohortare valeãt. Ex quo veriſſimum fuiſ-
 ſe cõſtat illud Cæſariæ repetitũ votum, dicen-
 tis. Malle enim Ceruorũ exercitum Leone Duce
 quam Leonum, Duce Ceruo.*

Ex-

E M B L. I.



*Multorum qui se spectantia lumina cernit,
 Et se suppositum tot videt arbitrijs,
 Strenuus ille animo quãuis percũcta recurrat,
 Vixq; oculis factum totũ satis esse putet;
 Est opus ut proprio mentis se lumine lustret,
 Atq; in se verum consulat ipse sibi.
 Nã reliquis (vario dũ se in certamine versãt.)
 Qui placeat, sano peſtore nullus erit.*


H El

L I B. V.

El que de muchos ojos rodeado
 Se halla para el bien o mal que hiçiere,
 Raçon es que le pongan en cuydado,
 Mas el mirar el por sí quanto pudiere,
 Esto haçe el ojo proprio auentajado,
 Y el que defiende enquanto se ofreciere,
 Que los demas ayuden es creyble,
 Mas contentar a todos no es posible.

*Oculus hic in medio clypei (de cuius origine id
 diximus) cuiusq; conscientiam denotat. quod
 Chrysostomus pedagum nostrum vocat, et hunc si
 quis audierit nil curabit tot circumspiciendi
 iudicia. Neque enim solus agit, qui sibi con-
 sciens vel in deserto aliquid perpetrarit. Nati
 conscientia mille testes dici solet. Sic nullus
 quidquam agere presumat, quod in con-
 spectu aliorum minime fecisset: Hoc praeceptum
 documentum a Domino meo Didaco habui que-
 dum vixeret ita colui ut nihil auderem ipsius
 reprehensione dignum, & nunc eundem praesentem
 in omnibus habere studeo ut exemplum sui mihi.
 Vixit enim in me & vivet semper tantum cre-
 ptoris & Domini sanctissimi memoria.*

EMBL. II.



*Cum se superius, tumefactū & flatibus Aer
 Cerneret, hinc Terra despiciebat humum.
 Subdita quod cūctis calcata animantibus esset
 Et nihil in toto vilis orbe foret.
 Illa autem, vana sic tu leuitate superbis,
 Et strides verbis vantor ipse tuis.
 Aliqui ego cūctarum genitrix vberima rerū,
 Ditari aduersis glorior vsq; meis.*


L I B. V.

La humilde tierra siendo despreciada
 Sinque ni para que del ayre vano,
 Por verla ser de todos tan hollada
 Preçiandose de brauo y de in humano.
 Vuo de responderle de cansada
 Que al fin el presumia de liuiano.
 Y ella sufriendo a tales produçia
 Quanta riqueza en todo el mundo hauia.

Multiplicem in varijs tentationibus prouentum ostendat tellus ipsa continuis incursums & laboribus oppressa, propter quæ abudantius (ut constat) segetes producit et quæcūq; homini ac ceteris animantibus ad victum necessaria sunt. Inique ergo in nostro emblemate ventosus aer & vanus terram paruipendens infestus improperat quod ipse superbus illa humilis sit. Verum ille digni accepit respõsũ quale sibi referre debent qui tales sunt, superciliosi vaniloqui & sapius, ne ulla nobilitatis umbra despiciantur viriute præditos aut ingenio & literis insignes quod vniuersales sint, quibus gratia imperii ut Deus superbis autem refudit.

Dum

EMBL. III.



*Dum fulget medio Pæthe nitidissima calo,
 Accipit & plenum fratris ab orbe iubar:
 Contigit inuiso sese velamine condi,
 Dum latet obscurum nube recincta caput.
 Quaritis hæc præcepta mutauerit vnde colores?
 Quid mirum? terra mobilis umbra fuit.
 Non aliter mentè superas qui intèdit in arces,
 Et lumen veri luminis intus habet,
 Terrenis fugiat ni se immiscere tenebris
 Amittet radios protinus ille suos.*

H 3


Quan-

L I B. V.

Quando mas clara y quauda mas hermosa
 Senos muestra la Luna estando opuesta
 Estando llena rostro a rostro puesta
 Mirando al que en mirar l'haçe goçosa.
 Vereys alguna vez (estraña cosa)
 Quedar sin claridad como depuesta
 Porque miro la tierra y solo desta
 Toco la sombra escura y tenebrosa.
 El alma que pretende auentajarse
 Gozando dela luz que Dios le embia
 Procure della tierra retirarse.
 Nole toque su sombra porque el dia
 Que quiera en vanidades ocuparse
 Se eclypsara su luz y su alegria.

Qui de terra est de terra loquitur et terrena sapit, & qui de Calis nonne celestia meditatur Sed ideo cautior esse in omnibus quisque debet cum in terra sit et terrenum corporis pondus & graue est nimis secum portet: ne miserabili casu decedat a luce in tenebras, alucidiissimo die ad obscuras umbras noctis. Similitudo Eclipsis Luna satis explicat quam sit damnosum mentis Deo deuota vel umbram terra pertingere.

E M B L. IIII.



*Qui iaceam, vel quæ tumulo, si fortè requiris,
 Non liquet: ambiguū est famina, virnè siem.
 Quod fuerit lethum, ignoro: sæuissima Parca
 Me mortem triplici iussit adire via.
 Arbor frondosis velabat littora ramis,
 Ascendo: inuersum concidit amne caput.
 Pes autem ramo (crudelis sorte) pependit:
 Confossum at sæuo pectus ab ense fuit.
 Iaq; tuli infelix, nec vir, nec fœmina mersus,
 Confossum, pendens, flumina tela, cruces.*

L I B. V.

Si preguntas quien soy nose quien era
 Hombre o muger per serlo juntamente
 Ni supe de tres muertes qual muriera
 Siendo cada vna de ellas diferente
 El pie preso de vna arbol do subiera
 Cay sobre mi espada en la corriente
 Hombre muger y neutro fue mi suerte
 Ayerro en agua y horca fue mi muerte.

*Ortum habuit pictura hac a quodam Greco
 epigrammate eleganter admodum ab Ange-
 lo Politiano translato, quod nos etiã sub pra-
 senti figura transferre curauimus vt inter
 alia quae nobis morrem cõmemorant hoc etiã
 meditemur non solum esse sed multiplicẽ, vt
 hic in varijs fortuna casibus: Et similiter ex
 tot in corpore humorum dissidijs certissimum
 est quod agroti sapius non vna ex eausa sed
 multis doloribus affecti & varijs morbis ex-
 hausti ad interitum deuenire solent.*



E M B L. V.



*Inuidus vt feno canis ad praesepia parcit,
 Nec patitur suetas pabula adire boues;
 Sic & auarus inops dum sedulus incubat auro,
 Non sibi, non alijs sordidus ara fouet.
 Quo propiora manent, tãto magis illa recedũt,
 Vt nihil in proprio iuris habere queat;
 Quoq; magis lauta e, tãto magis curta supellex,
 Indiget, & nunquam desinit esse miser.*

A qui


L I B. V.

A qui se muestra el perro sobre el heno
 Que ni le come ni comer le dexa.
 Y en el vereis al auariento lleno
 Del metal que aun que antiguo no se ajeja
 Y con ser como es proprio es tan ajeno
 Que quanto mas le a cerca mas se alexa.
 Y aunque le sobra, lo que sobra falta
 Porque de corto siempre se halla en falta.

Auarum simile esse olitoris cani, qui nec caules edit: nec alios permittit colligere ut edant. Vulgo dicimur, quod antiqui dixerunt Canis in praesepio. Difficilis quidem i homine morbus, auaritia & pene insanabilis propter rationes inuisibilissimas (ut credit) quas sibi auarus excogitat. Et inter alia, Anullo (inquit) accepisse cui reddere teneatur nisi a Deo, & sic velle cedere templum siue hospitale, aut pro virginibus sacris Canobium & similia, in quibus ab omnibus approbari iudicat, nec modum lucris imponit etiam illicitis donec insperata morte praeventus omnia destituat, atque exterminium inueniat infelicitissima anima sua.

Extol-

EMBL. VI.



*Extollant vates horrentia praelia Martis,
 Armorum strepitu totaque terra tremat.
 Ecce amat, & turpi potuit succumbere noxae,
 Quidne illum Clypei, quid fera bella iuuat?
 Asequitur celerem tardus dum ferrea tendit
 Retia, & impliciti Marsque Venusque manent.*

Digan

L I B. V.

Digan con alta voz del fiero Marte
 Y espante el mundo todo su braueça.
 Que si para vencerse no fue parte
 Todo su gran esfuerço fue flaqueça.
 Que todo le salto quando con arte
 La cojedad vénçio su ligereça,
 Quando desenlaçar procura en vano
 La red artiçiosa de Vulcano.

*Homerus ingeniose hanc fabulam descripsit
 & sententiam docuit quã in nostris inserui-
 mus Symbolis: Nemini licere iniuriã alicui
 inferre & fugam capere, iustus enim dolor
 offensum concitat & quamuis tardus ut hic
 Vulcanus claudus fortissimum & velocem
 Martẽ insequatur apprehẽdit tandẽ et riti-
 simplicitã simul cum Venere conspectui Deo-
 rum exponit: Quam innumera illustrium
 virorum facinora obscura in umbra iacent,
 propter hæc turpium Amorum ferrea vin-
 cula, quibus irretiti fortes & validi nullius
 iã esse fortitudinis, vel inuiti fateantur, ne-
 cesse est.*

Instan-

EMBL. VII.



*Instantis quisquis nouit discrimina casus
 Diffugere & rebus prouidus esse suis;
 Exequitur pia iussa Dei, qui cuncta tuetur,
 Quiq; locis præsens omnibus vnus adest.
 Ipsius & mentem non fas tentare, seienter
 Qui peccat mitem non habet ille Deum.
 Nam qui distento super volat aera fune,
 Quæ placuere sibi iure pericula subit.*

21

L I B. V.

El que delos peligros se retira
 Hace como discreto y lo que manda
 A quel que quanto pasa juzga y mira,
 Y donde quera tras nos otros anda.
 No ay para que tentarle que su ira
 Donde vuere malicia no se ablanda.
 Y el que sobre maromas andar quiere
 Tarde o temprano en el peligro muere.

Commune illud lucri facendi desiderium multa adiuuenit absq; ullo euidentis periculitimore, quale est, veltis animã cõmittere (vt iuuenalis ait) digitis remotũ a morte quatuor aut septem se latissimam sit lignum. Sed illud maioris esse temeritatis, non dubitũ, super funes in aere deambulare. Ecclesiastes autẽ pericula esse uitanda admonet. Nam qui se periculo obiecerit iam peccat quia voluntarie hoc agit. & prarerea sapius Deo permittente decedit in pericula ipsi que vitare noluit. Et talitũ in funambulo isto. (Schenobate Gracis) exemplum posui. nus cum inscriptione. Qui amat periculum.

Aequo-

EMBL. VIII.



*Aequoreas profugus Phryxus cõscendit in vn
 Carula lanigera per freta vectus oue (das,
 Qui quãquam residet precioso inuellerẽ, tristis
 Mergit̃er infans iucũibus ille timet.
 Sic atro fretus qui magnos ambit honores,
 Angur, & curis fluctuat vsq; suis.*

Entra

Entra en las aguas Phriuo denodado
 Yen medio delas olas temeroso
 Teme el carnero de oro ver cansado,
 Qual teme y se congoja el ambicioso
 Que en solo su dinero confiado
 Entrò donde se halla tan medroso.
 Y con tanta raçon que si pudiera
 Por verse libre quanto tiene diera.

Plura varijs locis contra avaros notata a nobis sunt, sed non eadẽ propter copiam nec fastidij evitandi causa iuxta morem. Quia enim repetita iuuare possunt deficientes, sperare in noua sententia alicuius explanatione, esset namq; vt prouerbio fertur Chambre, re cocta qua omnẽ amittit saporem, & nullius est momenti. Notatur ergo in hac antiqua fabula ambitio illius qui nulla alia ratione aletus quã quod diues sit, qua minime expeditunt temere aggreditur & in media suspropositi exquisitione nutat & periculum agnoscens in dubio est, quemadmodum illud euitare iam possit, sed ipse viderit.



*Sedula qua in campis pastorem decipit ales
 Stat loco, & instantes effugit illa manus.
 Sortita hinc vulgo norren, dum fallere querit
 Fallitur, & merito preda petita venit
 Sic solet in medias illabi foemina castes,
 Tendere quas miseris ingeniosa valet.
 Nã que mille modis dum ludere querit amãtes
 Luditur, & laqueis se implicat ipsa suis.*

L I B. V.

Si pensando burlar se halla burlada
 Quando menos se piensa el auçilla.
 Dicha engaña pastores, bien pintada
 Se puede en ella ver la simplicilla
 Donçella, que en sus mañas confiada
 Espera y entretiene a quien seruilla
 Procura, por que tiene por muy llano
 Lo que mirado bien no esta en su mano.

Notissima est auicula bac in campis, vulgo illudens pastores dicta quæ ante oculos resedit ut properatis manus effugiat. Verum non semper hoc contigit & dum fallere credit, fallitur. Talia sanè euenire solent in palatijs Principum & alijs quibusque ubi decora summa femina, & videre simul, & videri gaudent deinde alloqui, & fugere ut postea cõpareat. Quod si munuscula acceperint, leuiores folijs mutantur huc et alios illudentes sed qui talia probant, periculo se obijciunt, in quod nõ difficile est deuenire nisi abstineant.

Demer-

E M B L. X.



*Demersum medijs ferrum Iordanis in undis,
 Iam natat. & lignum protinus ima petit.
 Sic grauior ferro labes antiqua parentum
 Iraxerat humanum Tartara ad ima genus
 Sed ligni virtus mersos e gurgite vasto
 Euocat: hinc nobis spesq; salusq; venit.*

I 2 En

L I B. V.

En lo mas hondo del Iordan caydo
 El açero pesado es del madero
 Hechado en su lugar fauoreçido.
 Figura del remedio verdadero
 Del hombre que alo hondo auia venido
 Por la culpa pesada mas que açero.
 Y el madero le saca del profundo
 Del medio delas aguas deste mundo.

*Inmensum sane est peccati pōdus quod vel ce-
 lorum machina substinere non potuit, & in
 sacris literis plūbo assimilatur. Atq; hoc pla-
 ne, significabit ferrum virtute ligni natans
 quod demersum in profundum venerat. Sic
 enim & homo peccato (omni ferro grauiori)
 oppressus, Christi D. N. praciioso san-
 guine in ligno Crucis redemptus est, & a pro-
 fundo in quem deuenerat liberatus. Vtinam
 praesens historia pre oculis sit semper nobis, ut
 iamensō Crucis benefitio, & vera cordis no-
 stri contritione a peccatorum pondere libere-
 mur.*

Strau-

E M B L. XI.



*Strauerat Alcides Nemea in valle Leonem.
 Et subito è Lerna presilit Hydra nocens.
 Hanc ille haud potuit solo contundere ferro,
 Dum videt in cristas surgere colla nouas.
 Ergo ira impatiēs flāmas rapit impiger Heros
 Iamq; renascentem comprimit igne feram.
 Sic etiam inuadens liuor facta inclita, ferrum
 Non timet, at flammis vritur ipse suis.*

I 3 Cuentan

L I B. V.

Cuentan de aquel Thebano tan famoso
 Por vltima y maior de sus haçañas
 El vencer con esfuerço valeroso
 La hydra y sus cabeças tan estrañas.
 Esta diçen denota el inuidioso
 Enemigo del bien y sus entrañas
 Llenas de aquel pestifero veneno
 Que tiene el mundo de maldades lleno.

*Inuisum hoc omnibus inuidia vitiū non aliun
 de quam a superbia, & detestabili odio pro-
 venire solet. Quo fit vt quos inuidi tali iniquo
 mentis affectu prosequuntur, qua ex parte la-
 dere valent nūquam pratermittunt, Insidias
 ubiq; tendunt, & detrabere nunquam cessāt,
 vt cuiq; bono operi impedimento sint, ne inde
 gloria & honor alicui accedat. Ecce quot mō-
 stra Alcides superauit, vt inimicorū damna
 auerteret, inuidia rāmen insidias, & Lethale
 virus superare vix potuit, & sic vltimus &
 difficilior laborum Hydra interitus nume-
 ratur.*

Lysima

E M B L. XII.



*Lysimachum sauo fitis arida subdidit hosti,
 Proluat vt gelidi guttura fontis aqua.
 Protinus at mārēs, quōd se breuis illa voluptas
 Fecerit eterno subdere colla iugo;
 Heu miserū (dixit) quā me mal' abstulit error,
 Dum mortem fugio, morte perire iuuat.*

I 4 Cen

L I B. V.

Con que pueda beuer hasta harrarse
 Se sujeto Lyfimacho çercado
 Y apenas vno el pecho refrescado
 Quando comiença el triste a lastimarse.

Es posible que quiera vno entregarse
 Al enemigo por lo que alcançado
 Tan poco le aprouecha y engañado
 Quiera por no morir la muerte darse?


Muriera yo mil vezes de otra suerte
 Y no despues de auer escureçido
 La honra de que tanto me preciaua.

Quan presto el vil deleyte seme ha ydo
 Tan presto se agerço la infamia y muerte
 Que poco antes con honrra me esperaua.

Lyfimachi historiam Plutarcus varijs locis refert, unicum nobis exemplum, ut nunquã voluptatẽ honestatĩ preferamus. Nondũ enim accessit voluptas, et ecce euanuit, manetq; diuturnum ipsius dagnum. Quod si unicuiq; viro probo et prudenti considerare cõuenit, strenuo id precipue militi prae oculis habere semper oportunã est, & assequenda gloria maxime necessarium.

Principis

EMBL. XIII.



*Principis exemplo mutari nobile vulgus
 Quid mirum? semper tempus id omne tulit
 Sic etiã primũ cœlum, quod continet omnes,
 Hos & veloci mobilitate rapit.*

Cosa


L I B. V.

Cosa es sabida y a ninguno nueua
 Que el maior delos cielos y primero
 Primer mobil llamado es tan ligero
 Que todos los de mas tras si los lleua.
 La experiencia nos es bastante prueva
 Ser a queste el exemplo verdadero
 Del vulgo siempre facil nouelero
 Que al paso del mayor siempre se mueua.
 De donde se conoçe claramente
 Quanto deuen los Reyes y Señores
 Regirse y gouernarse sabiamente.
 Porque tras el mayor van los menores
 Y asi los que lo fueren dela gente
 Son tambien de su bien y mal Señores.

*Quem admodum naturale est ad primi mobilis
 motum reliquos moueri orbes, sic et usu euenit
 ad exemplum maioris vitam minores agere.
 Quo fit ut vel hac ratione Principes & quicquid
 que alijs presunt vitam suam recte dirigerent
 teneantur cum certum sit quod Claudianus
 dixit, & in nostra Emblematis inscriptione
 refertur.*

Lycbnius

E M B L. X I I I I.



